



CAPUT III.

DE TESTAMENTO PERFECTO RATIONE voluntatis, & imperfecto ratione solemnitate capto scilicet, & non completo ob impedimentum testatori superveniens, an valeat, & sustineatur, & solemnitas suppleatur ad la volenti responsum in lege si quis cum testamentum 25. ff. de testamentis, cuius decisio ex pluribus exornatur, maxime ex lege 11. tit. 3. part. 6. cum additione Celsi, reiecta super additione Peralta in l. si quis in principio testamenti num 46.

ff. de legatis 3. & utrum de iure Regio dispositio dicta legis si quis cum testamentum sit mutata, aut alterata.

SUMMARIUM.

LEGE si quis cum testamentum 25. ff. de testamentis describitur 1. Testamentum perfectum ratione voluntatis, & imperfectum ratione solemnitate capto, & non completum propter impedimentum superveniens testatori valet, & sustinetur. 2. & 9.

Testamentum non perfectum, quia testator furore, aut delirio correptus est, sustinetur, si

dispositio ratione voluntatis perfecta sit. 3.

Testamentum sine solemnitatibus iure requisitis nullum est. 4.

Solemnitas requiritur propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur. 5.

Solemnitatibus testamenti non potest testator renunciare. 6.

Solemnitas est introducta, ut possit constare de voluntate. 7.

Lex ea scriptura 29. ff. de testam-

stamentis, & l. fideicommissa vers. quoties, ff. de legat. 3. traduntur, & interpretantur. 8. & 30.

Voluntas defuncti non solemniter defendi debet ex Plinio Iuniori qui refertur. 10.

Voluntas ultima servanda est, quamvis non solemniter, quando ob causam permittit lex minorem solemnitatem adhiberi. 11.

L. fin. C. familiae exercundae. l. Lucius 41. ff. de milit. testam. l. fin. in princip. ff. de legat. 2. l. divi 6. §. licet, ff. de iur. codicillor. l. 1. tit. 1. part. 6. l. 11. tit. 3. part. 6. traduntur 12. 13. 14. 15. 16. & 17.

Hugo Celsus refertur circa l. 11. tit. 3. part. 6. cui verba aliqua addit. 18.

Peralta notatur, qui additioni Celsi super additionem addidit, quae reprobatur. 19. 20. & 23.

Testamentum conditum a commissario virtute facultatis, & commissionis, validum est de iure regio. 21.

Testamentum potest in vita testantis incipi, & post eius mortem finire ab alio, qui ad id faciendum habeat facultatem. 22.

Maiores institutus in testamento sustinetur, licet testator

procedere in substitutionibus infirmitate gravatus non potuisset, & censentur factae nominationes legitime. 24.

Utilitas publica ex maioratum foundatione resultat. 25.

Capellania instituta censentur nominati consanguinei, quamvis testator propinquorum mentionem non fecerit, vel facta Capellania cum alterius procedere voluerit, obmutuisset. 26.

Testamentum non solemniter, licet invalidum sit, potest lex ex causa in aliquibus casibus supplere solemnitatem. 27.

Voluntas potest esse explicita, & carere legitima solemnitate. 28.

Questio potest esse de solemnitate, quum sit de voluntate. 29.

L. 1. §. si quis in duobus, ff. de bonor. possess. secund. tab. traduntur. 31.

L. si quis cum testamentum 25. ff. de testament. & illius decisio nulla lege Regia est mutata, aut alterata, & eius casus est quotidianus. 32. & 35.

Lex nova restringenda est, ut in quanto minus fieri possit, recedatur a iure communi, nec debet extendi ad alios casus, quam ad eos, de quibus nominatim fit mentio. 33. & 34.

Acci-

Accidit aliquando, quod testator, qui cepit testari, & aliqua disposuit, dum circa alia versaretur, mortuus sit, amittat vè sensum, aut loquelam; ex quo impedimento supervenienti ceptum testamentum perfici, & finiri non potest. Dubium oritur hoc in casu, & similibus, an ea, quæ testamento scripta sunt, vel à testatore nuncupata, subsistant, & valeant: an ex eo, quod perfectum testamentum non sit, corrumpant, sint invalida, & pro non scriptis nec dictis habeantur. Cui dubio, & quæstioni respondet Iavolenus in d.l. 25. ff. de testam. in hæc verba: *Si quis cum testamentum faceret, heredibus primis nuncupatis, prius quam secundos heredes exprimeret, obmutuisset, magis cepisse cum testamentum facere, quam fecisse.* *Marius Digestorum lib. 1. Servium respondisse scripsit.* Itaque primos heredes ex eo testamento non futuros, Labeo tunc hoc verum esse existimat, si constaret voluisse plures eum, qui testamentum fecisset, heredes pronunciare. Ego nec sermum puto aliud sensisse.

2 Ex qua Iavoleni decisione, & sententia, duplex pro-

batur conclusio, prima, quod si voluntas testantis fuit imperfecta, quia testator cum alia disponere voluisset, ob superveniens impedimentum non potuit illa exprimere; tunc quæ scripta in testamento sunt, vel à testatore nuncupata, pro non scriptis, nec nuncupatis habentur; quia magis videtur cepisse facere testamentum, quam fecisse. Quæ conclusio exornatur infra capite quinto. Secunda quam in hoc capite explanandam suscepi, est, quod si voluntas testantis perfecta sit, quæ in testamento scripta sunt, sustinentur, & valent; & licet utraque conclusio ex verbis Iavoleni pateat ad oculum, ad faciliorem interpretationem repetitur illius decisio, ut singularis, & quæ nulla alia lege ita bene probatam vidi: deciditur enim in prædicto dubio, & controversia, quod si testator secundos heredes optaverit instituire (intelligendo heredes, primis vel secundi gradus iuxta tradita infra capite decimo) & infirmitate gravatus ante quam eos exprimeret, obmutuisset, quod intelligitur, quando nullam præterea vocem mittere po-

po-

potuisset, instituti, & nominati non capient hæreditatem, quia non est perfecta voluntas testantis, & magis creditur cepisse facere testamentum, quam fecisse: at si ad alios heredes instituendos, vel ad alia disponenda procedere noluerit, vel non apparuerit, aut constiterit, morte tamen preventus solemniter non disposuerit, nec testamentum solemnitatibus iure requisitis perfecterit, tunc testamentum ex institutionis robore, & perfecta testantis voluntate, sustinebitur: solemnitates autem ex eo, quod intervenit perfectio principalis, quæ voluntatis est declaratio, ex impedimento supervenienti suppleantur. Hæc decisio est prædictæ legis, ubi advertendum oportet, quod licet Iavolenus locutus sit in casu, quo testator obmutuisset, idem iuris esse: si nondum perfecto testamento furor, aut delirio corruptus fuerit, ut textus est, in l. furiosum C. qui testamenta facere possunt, & notant ultra alios Iacobus Cuiacius in d.l. si quis cum testamentum num. 5. Franciscus Vivius lib. 2. opin. 277. Philippus Paschali de viribus

patriæ potestatis par. 2. cap. 8. num. 59.

4 Verum contradictam conclusionem quod testamentum non completum ob impedimentum superveniens sustineatur ratione voluntatis perfectæ pro ratione dubitandi obijcitur, quod testamentum sine solemnitatibus iure requisitis nullum est, l. si queramus, ff. qui testament. facer. poss. ibi: *An secundum regulas iuris civilis testatus, sit l. 1. ff. de hæreditatis petitione, ibi: Vel ex testamento quod iure factum est, l. si vnus 12. l. hæc consultissima 21. C. de testamentis, l. 1. tit. 1. part. 6. l. 3. Tauri, quæ est 2. tit. 4. lib. 5. Recop. quia ad eius valorem, & firmitatem duplex perfectio, & voluntatis, & solemnitas requiritur, ut dictum est supra, cap. 2. § 1. & solemnitas requiritur propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, sed cum paulatim instit. de testam. ordinand. l. fin. C. de fideicommiss. cum in privatis actibus nil gravius sit testamento: ergo fieri non potest, quod testamentum sine solemnitatibus sustineatur. Tum quia non est in potestate testatoris solemnitatibus testamenti renunciare, nec fa-*

facere, vt cum minore so-
6 lemmitate testamentum va-
leat, *l. testandi causa* 13. C. de te-
stamentis, *l. testamenti* 3. ff. eod.
iuncta l. ius publicum 39. ff. de
pactis. Tūm quia solemnitas
est introducta, vt possit con-
stare de voluntate, *dict. l. hac*
7 *consultissima in fine*, & ideo nō
potest esse quæstio de so-
lemmitate, quim sit de vo-
luntate, nec de voluntate,
quim sit de solemnitate.

8 Facit fortiter pro ratione
dubitandi, quod si testamen-
tum fuit cœptū, & nō com-
pletum nihil ex eo debetur,
l. ex ea scriptura 29. ff. de testam.
vbi Paulus ex ea scriptura (in-
quit) *quæ ad testamentum fa-*
ciendum parabatur, si nullo iure
testamentum perfectum esset, nec
ea quæ fideicommissorum verba
haberent peti possunt, l. fideicom-
missa vers. quoties, ff. de legat. 3.
ibi: Si quis exemplum testamen-
ti pręparat, & prius decedat, quā
testetur, non valent quasi ex co-
dicillis, quæ in exemplo scripta
sunt, licet verba fideicommissa
scriptura habeat. *lin. in d. d. d. d. d.*

9 Sed his minimè obstan-
tibus, vt certissima, & iuri-
dica defendenda est dicta cō-
clusio, & tenendum in iudi-
cando, & consulendo testa-
mentum cœptum non com-

pletum perfectum ratione
voluntatis, sustinendum esse
in casu, quo ob impedimen-
tum superveniens testator
nō potuit perficere; quam ex
dicta *l. si quis cum testamentum,*
vltra ordinarios ibi tenet, &
probant Antonius Gomez in
l. 3. Tauri num. 18. & 105. Tel-
lus Fernandez *ibid. 2. parte*
num. 18. & 19. Burgos de Paz
num. 227. vsque ad 232. & 238.
Matienzus in *l. 1. tit. 4. glos.*
14. à num. 1. & in l. 11. eodem tit.
gloss. 1. lib. 5. Azevedus in *l. 2.*
tit. 4. lib. 5. num. 61. & 62. Ro-
dericus Suarez in *l. quoniam*
in prioribus, C. de inof. testam. in
declarat. legis Regni, quæst. 4.
circa fin. Alvarad. de *coniect.*
mēt. defunct. lib. 3. cap. 2. §. 1. n.
13. & 14. Flores de Mena, *lib.*
1. var. quæst. à num. 39. Ayora
de *partit. 3. part. quæst. 24.* Ca-
stillo *lib. 4. controvers. cap. 21.*
præcipue num. 24. & 115. Peral-
ta in *l. si quis in principio ff. de*
legat. 3. num. 39. Barbosa in *l.*
fin. C. familia eriscunda nu. 17.
Gomez de Leon *decis. 58.*
Molina de *iust. & iur. lib. 1. dis-*
put. 127. num. 1. Bonacina, *tom.*
2. de contract. disp. 3. quæst. 17.
punct. 1. num. 12. Thomas San-
chez, *cons. Moral lib. 4. cap. 1.*
dub. 9. Menoch. de *præsump-*
lib. 4. præf. 5. num. 2. Mantica
de

de *coniect. vltim. volunt. lib. 2.*
tit. 4. à num. 4. & lib. 3. tit. 20. à
num. 2. Mascardus de *proba-*
tionib. concl. 1352. aliàs 1358. à
num. 70. præcipue nu. 83. & 84.
Thuscus *præf. concl. litt. T.*
concl. 133. à num. 59. Fachineus
lib. 4. controvers. cap. 4. Martā
de *success. leg. tom. 2. part. 4. q.*
1. art. 7. Gracianus *discep. for.*
lib. 2. cap. 220. num. 17. & 18. &
cap. 550. & cap. 764. Thesau-
rus *quæstion forens. lib. 4. quæst.*
23. ex num. 3. Genuā de *scriptu-*
ra privata lib. 6. cap. 1. num. 126.
Guzman *verit. iur. 15. num. 4. 12*
Et multi alij tam ex consu-
lentibus, quàm ex decisioni-
bus, relati supra capite pri-
mo in fine.
10 Ratio huius Decisionis
est Perfectio voluntatis, quæ
plurimum valet ex ijs, quæ
capite primo, & secundo su-
pra dicta sunt, quibus conso-
nat Plinius Iunior *lib. 5. Epist. 13*
7. vbi voluntatem defuncti
iure irritam, & non solemnē
defendit ex eo, quod sibi de
volūtate, quæ iure antiquior
est, constitit, & *lib. 2. Epist. 16.*
ibi: *Ego propriam legem quandā*
mihī dixi, vt defunctorum volun-
tates etiam si iura deficerēt, quasi
11 *perfectas tuerer.* Anneus Ro-
bertus *lib. 2. rer. indic. cap. 10.*
pag. 426. D. Valenzuela Ve-

lazquez *consil. 124. num. 25.* Et
quia in hoc casu non est in
potestate testantis testamē-
tum solemniter perficere; &
voluntas vltima servanda
est, etiā si non sit solemnis,
in casibus, in quibus vel per-
mittit lex ob favorem testā-
tis, vel hæredum, vel ob ne-
cessitatem, minorem solemn-
nitatem adhiberi: quod ca-
pitibus sequentibus præci-
puè, cap. 22. continetur. Ve-
rūm ad exornationē sequen-
tia faciunt iura.

12 Primò textus in *l. fin. C.*
familia eriscunda; vbi testa-
mentum cœptum, & non
impletum valet inter libe-
ros, & sustinetur quantum
ad ipsos speciali liberorum
favore. Ergo ex causa fieri
potest quod testamentum
non impletum, nec solemnē
valeat, & sustineatur.

13 Secundo in comproba-
tionem dictæ conclusionis, &
decisionis dictæ legis *si quis*
cum testamentum facit textus
in l. Lucius 41. ff. de milit. te-
stam. vbi refertur, quod te-
stator incepit ordinare te-
stamentum ante notarium,
& antequam perfecerat, de-
cessit, quo in casu, inquit
Paulus testamentum valere,
si testibus comprobetur,

Ter-